



- ascendere, & ibi de his iudicari apud me?
- 10. Dixit autem Paulus, Ad Tribunal Cesaris sto, ubi me oportet iudicari, iudais non nocui, sicut tu melius nosti.
- 11. Si enim nocui, aut dignum morte aliquid feci, non recuso mori; si vero nihil est eorum, que hi accusant me, nemo potest me illis donare. Cesarum appello.
- 12. Tunc Festus cum Concilio locutus respondit, Cesarum appellasti? ad Cesarum ibis.
- 13. Et cum dies aliquot transacti essent, Agrippa Rex, & Bernice descenderunt Cesarum ad salutandum Festum.
- 14. Et cum dies plures ibi demorarentur, Festus regi indicavit de Paulo; dicens, Vir quidam est derelictus a Felice vinculis.
- 15. De quo cum essem Ierosolymis, adierunt me Principes Sacerdotum, & Seniores Iudaorum, postulantes adversus illum damnationem.
- 16. Ad quos respondi, Quia non est Romanis consuetudo dammare aliquem hominem, priusquam is, qui accusatur, presentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.
- 17. Cum ergo huc convenissent, sine ulla dilatione, sequenti die sedens pro tribunali iussit adduci virum.
- 18. De quo cum steterissent accusatores, nullam causam deferebant, de quibus ego suspiciebar malum.

- 19. Quasiones vero quasdam de sua superstitione habebant, adversus eum, & de quodam Iesu defuncto, quem affirmabat Paulus vivere.
- 20. Hastans autem ego de huiusmodi questione, dicebam si vellet ire Ierosolymam, & ibi iudicari de istis.
- 21. Paulo autem appellante ut servaretur ad Augusti cognitionem, iussi servari eum, donec mittam eum ad Cesarum.
- 22. Agrippa autem dixit ad Festum, volebam & ipse hominem audire. Cras, inquit, audies eum.
- 23. Altera autem die cum venisset Agrippa, & Bernice cum multa ambitione, & introissent in auditorium cum tribunis, & viris principibus civitatis, iubente Festo adductus est Paulus.
- 24. Et dicit Festus, Agrippa Rex, & omnes, qui simul adestis nobiscum viri, videtis hunc, de quo omnis multitudo Iudaorum interpellavit me Ierosolymis, petentes, & acclamantes non oportere eum vivere amplius.
- 25. Ego vero comperi, nihil dignum morte eum admisisse. Ipso autem hoc appellante ad Augustum iudicavi mittere.
- 26. De quo, quid certum scribam Domino, non habeo. Propter quod perduxi eum ad vos, & maxime ad te, Rex Agrippa, ut interrogatione facta habeam, quid scribam.
- 27. Sine ratione enim mihi videtur, mittere vinculum & causas eius non significare.

ARGUMENTUM.

POSTULANT Iudæi, ut Paulus iterum remittatur in Ierusalem, quod negat Festus & Paulus appellat Romam coram Cesaribus; iterum Agrippa Rex Benevolo ac lato animo audit Paulum.

Act. 25. num. 1. Festus ergo cum venisset in Provinciam post triduum ascendit Ierosolymam a Cesarea.

Versiones PRIMA EXPOSITIO. Usque ad Vers. 6.

- 1. Vers. 1. Festus cum venisset in provinciam, Syriac. Cum venisset, Cesarum prefectura sua, quæ erat caput sui regiminis dati à Romanis, post triduum transactum ascendit Ierosolymam; quæ erat caput regni Iudaorum, quæ erat magna pars, ac præcipua de his quæ veniebant sub eius præfecturâ, ut optimus præsidens voluit videre, ac visitare ea, quæ erant sub eius regimine, ac curâ.
- 2. Vers. 2. & 3. Adierunt ad eum principes Sacerdotum, ac primi Iudaorum, ut hanc gratiam, & favorem eis concederet, ut Paulus à Cesare remitteretur in Ierusalem, ut per insidias eum interimerent in itinere.
- 3. Vers. 4. Festus respondit servari Paulum in Cesarea, si servari. Festus rejecit petitionem Iudaorum qui forte subodoratus est eorum malitiam, & quia illud erat causa mortis, quæ non erat iudicanda, nisi in magno tribunali magnorum virorum, ut erat in Cesarea, & maturo consilio, quod tunc non poterat fieri, se autem maturius profecturum Arias. Futurum in festinatione proficisci.

Vers. 5. Qui ergo in vobis potentes sunt, ait Festus, qui ex vobis, ut explicant Hugo, Caietan. Vatabl. Arias, sunt potentes, ut absque suo, suarumque rerum incommodo, valeant conficere iter trium dierum de Cesarea ad Ierusalem, proficiscatur, vel qui sūt potentes sermone, probationibus ad eum accusandum veniant; & hæc secunda expositio mihi est verior; nam illi profecti sunt de Ierusalē in Cesarum ad arguendum Paulum, ut patet ex c. 24. n. 1. & debebant redire ad locū suum, nēpe Ierusalem.

Vers. 6. memoratus autem inter eos; scilicet in Ierusalem; quam octo, vel decem dies, tedit Cesarum, & altera die, postquam venit in Cesarum, vocat Paulum ad tribunal, Lectio Arabica sic habet, & assignat eis decem dies, & amplius. Assignavit eis decem dies, quibus tantum moras traheret in Ierusalem, & inde reversus in Cesarum.

QUESTIO I.

Quare Festus tam celeriter, ac festinantes venit de Ierusalem, & statim vocat Paulum ad tribunal?

Cum Festus jam proficisceretur in Ierusalem, instabat Iudæi, ut Paulus iudicaretur, sed cum esset ferè in itinere, non potuit detineri, sed citissime se expedit à Ierusalē intra decem, vel octo dies & ut pervenit Cesarum, statim sequenti die advocat Paulum ad tribunal ut dijudicaretur ad mortē, ut gratiā iniret Iudæis. Unde tot adversarii in Paulum in Ierusalē, in Cesarea, in præside, ac ministris Erat

- 7. Erat Paulus innocens, justus, & sanctus, inde totus mundus conglutinatus contra eum, ut omni persecutione, morte, ac ignominia afficerent, scribit D. Matth. 1. n. 2. Joannes autem cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos ex discipulis suis ait illi; Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Constans est Doctorum sententia, quod Joannes bene agnoscebat Christum dominum verum esse Messiam, mundi redemptorem per mortem, & passionem suam; & unde constat, quod Joannes cognoverit mortem, & passionem Christi à suis inimicis inferendam, ipse cognovit dicens Ecce Agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi, Joan. 1. n. 29. Cum autem eum agnum purissimum ac innocentissimum testificatur, ibi ejus injurias mortem ab iniquis inferendam denunciat. D. Chrysof. in Catena. D. Thom. ad locum Matth. elegantissime ait: Joannes passionem non ignorabat, sed hoc primum testatus est dicens, Ecce Agnus Dei; ecce qui tollit peccata mundi, Agnum vocans, crucem divulgat: ubi innocentia Christi prædicatur, ibi mors, & crux denunciatur, Agnum vocans crucem divulgat.
- 8. Job. 1. n. 8. Job publicatur magnis virtutibus illustris, & excellens, quod non sit ei similis in terra, homo simplex, & recedens à malo, atqui ex tot, & tantis publicatis magnalibus sequitur cultus, honor, ac veneratio erga illum? minime, sed ut furia infernales omnium malorum tempestate debacchantur in eum, D. Chrysof. homil. 5. in Job. Si igitur quando virum justum, magnorum operum perfectum fulgere videris, multisque subesse malis, non mireris.
- 9. Cum absalon se erigeret contra suum Patrem davidem dixit Achitophel ad Abfalonem, Eligam mihi duodecim millia virorum, & consurgens persequar David hac nocte. 2. Reg. 17. n. 1. Mala intentione verum dixit, Persequar David; erat David justus consequens erat, ut sustineret persecutiones D. Chrysof. homil. de Abfalon ait, O innocentia, quantum apud reos periculi suscipis, quantum malitia per flagitiosos incurris, David sanctissimus, tot dementes exercitus, quia non deliquit, offendit, tot populorum rabiem, quia non lassit, incurrit. Cum innocens fueris omnem populorum rabiem contra te excitas, provocas.
- 10. Act. 29. n. 7. Qui cum perductus esset, circumsteterunt eum, ut eorum multitudine perturbaretur, ac timore afficeretur ut respondere non posset; at innocentia in omni eventu secuta, ac firma est, Obicientes multas causas graves quas non poterant probare, Syriac. Demonstrat, Arabic. Non poterant ostendere veritatem illorum, Ethiop. De quibus non poterant convincere, quæ objiciebant Iudæi cum aperte falsa essent.

Vers. 8. Paulo rationem reddente, ac manifeste ostendente, se nihil commisisse, nec contra legem Iudaorum, nec contra Templum nec contra Cesarum imperatorem, ut patet ex cap. Præcedenti.

Vers. 9. Festus autem volens gratiam Iudæis prædicare, Syriac. Volens sanerari gratiam, Arabic. Conferre favorem Iudæis, D. Chrysof. Volens gratificari, Ethiop. Gratiâ præstare Iudæis, timebat (ait Lyranus) ut ab eis accusaretur apud romanos, ut contigit aliis ejus præcedentibus in eodem officio.

Vers. 10. Dixit Paulus ad tribunal Cesaris, Me imperante, Ethiop. Cum illis argumentari apud me, id est me præsentem; non imperat, sed in electione Pauli relinquit, cum ait, Vis, quia (ut inquit Glossa Interlin. Hugo,) voluit cum eo habere hanc urbanitatem, quia Romanus erat.

Vers. 10. Dixit Paulus ad tribunal Cesaris, In Concilio Imperatoris veni. Animadvertit Paulus, quod Festus præsidens erat inclinat favor ad Iudæos, sui accusatores, ac falso criminatores inde Paulus prudentissimus, & secundum omne jus, ejus iudicium declinat, & ad imperatorem, ac superiorem appellat Romam. maxime cum ipse esset civis Romanus, & Iudæis non nocui, non lassit, Arabic. Sicut tu melius nosti à multis magnis viris.

Vers. 11. 12. Si enim nocui, vel si aliquid nocuum dedi, vel aliquid dignum morte egi, paratus sum mori, sed nil tale feci, nec commisi, & ideo iniquè, & injustè agitur, ut me illis velint donare ad omnem mortem, & injuriam, in quo pungit præsidem, qui ob iacundam Iudaorum gratiam ipsum tradere volebat, ideo merito, Cesarum appello. Vers. 12. Tunc Festus dixit illi, Cesarum appellasti? ad Cesarum ibis.

QUESTIO II.

Quare cum Festus præsidens agnosceret innocentiam Pauli, ipsum tamen volebat tradere ad mortem.

Præsidens bene agnoscebat innocentiam Pauli ut ipse Paulus proclamat in publico Concilio cum eo loquens, Iudæis non nocui, Syriac. Non peccavi, Arabicus. Non lassit, & addit Apostolus, Sicut tu melius nosti, cum ipse benè, & optime sciret innocentiam Pauli, quod nihil peccavit, nihil læsit, tamen ut gratiam captaret Iudaorum ipsum volebat in eorum manibus tradere.

Hoc habet innocentia, ut etiam inter iniquos, & perversos, qui eam accusant, ac damnant, ibi gloriose vincat, ac triumphet, sui splendidissimos fulgores emittit, ut etiam ipsi accusatores, ac condemnantes ipsius puritatem, & integritatem fateantur, ac pleno ore prædicent.

Refert D. Matth. 27. n. 13. quod multa falsa testimonia jactabantur contra Dominum meum Jesum & tunc dicit illi Pilatus, Non audis, quanta adversus te dicunt testimonia? Et non respondit ei verbum. Refert testimonia, & simul admiratur de profundo, ac magno silentio Jesu, & tunc recedens ad proferendam sententiam mortis, clamat, Innocens ego sum à sanguine justis huius, n. 27. Unde Pilato in mentem venit, quod Christum Jesum justum dicat: Princeps Sacerdotum contrarium testificat, totus populus ut reum clamat, ut reum dignum morte; ipse Jesus tacet, nulla defensio pro eo producitur sanè ea est innocentia vis, & efficacia, quæ etiam in iudicio iniquorum, & dum condemnatur ibi victrix apparet, ibi ejus puritas & integritas agnoscitur, & alta voce prædicatur, & in damnationis

Math. 11

Contra innocentiâ in surgunt mala.

Joan. 1.

Job 1.

Qui virtuta fidelis subicitur malis.

D. Chrysof. Innocentia multas persequitur.

Cap. 15.

12.

Syriac. Arabic. D. Chrysof. Ethiop. Lyran.

14.

Ethiopic.

Arabic.

15.

16.

Syriac. Arabic. Ratio difficilis.

17.

18.

Math. 17.

Innocentia in iudicio condemnationis victrix.